Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia Aristotelica-Thomistica - Cod. Ettenheim-Münster 226

Endel, Roman
Majer, Ferdinand

[s.l.], 1731-1732

Prooemium

urn:nbn:de:bsz:31-120354

Visual Library

EH 226

Summulae Sive Logica parva.

Prooemium.

Omissis varijs quaestionibus de nomine, autore et origine philosophiae, quae potius
physicae vel logicae maioris prolegomena esse solent; supposito etiam, quod philosophia
in Logicam, physicam, metaphysicam et Ethicam [illegible] modum istius in partes
dispescendi contineat, statim sine fusiori ambitu summulas ingredimur
Logicam seu dialecticam parvam nuncupatas. Logica magis graece
Latine rationalis philosophia eo, quod versetur circa rationem, aut quod idem est,
intellectum dirigendum, ne erret: dialectica vero, quod disputandi
methodum doceat. Sunt autem Summulae Logica duntaxat parva, ideo,
quod breviter quaedam compendio contineant, quae prolixius in Logica magna
tractantur; adeoque ad has eo maiori animo et fervore accedendum
est, quo certior quis sit, tam parum quempiam fieri bonum Logicum sine
Summulis; quam parum sine Logica, physicam aut alias acquirere scientias
facile erit, si non sit impossibile. Cum vero Logica instituta
sit ad dirigendam rationem ne erret, ratio autem [illegible], ut
postea dicemus, tribus modis errare possit: simplici apprehensione,
iudicio seu enuntiatione, et tandem discursu seu argumentatione,
consentaneum erit parvam hanc Logicam in 3 disputationes dividere, quarum
1a de simplici apprehensione, 2a de iudicio, 3a de argumentatione et
omnibus ad eam requisitis agat. Ad quae ista bene intelligenda
necessarium duxi, ut [illegible] opitulante Deo praefigeretur.

Quaestio Praeliminaris unica De Methodo et modis sciendi.

…HOFBIBLIOTHEK … KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST